



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 12. Clariora exempla eorum, qui ob leues culpas, traditi sunt diabolo  
cruiciandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

pressit, vel ne virginem infamaret; vel, ut  
minoris culpæ tam graui pœna, alios à  
maioribus quoq; peccatis absterreret.

## §. XII.

*Clariora exempla eorum, qui ob leues culpas,  
traditi sunt diabolo cruciandi.*

Si enim in virgine inuenit, ob quod in  
eam immigrare potuit immundus Spi-  
ritus, quot cauſas habebit in Helena ali-  
qua, aut Thaide? Atque ut, quæ leuiora

**S. Greg.**  
**lib. i dial.**  
**cap. 4.** yidentur, sufficere intelligas ad hospitij isti-  
us apparatum, Romæ, quadam die Deifa-  
mula ex monasterio virginum hortum ingressa  
est, quæ lactucam conspiciens concipiuit, eamq;  
signo crucis benedicere oblita, anide momordit:  
sed arrepta à diabolo protinus cecidit. Cumq;  
vexaretur, Patri Equitio sub celeritate nun-  
ciatum est, ut veniret concitus, & orando suc-  
curreret. Moxq; hortum idem pater ut in-  
gressus est, caput ex eius ore quasi satisfaciens  
ipſe qui hanc arripuerat diabolus clamare, di-  
cens: Ego quid feci? ego quid feci? Sedebam  
ibi super lactucam, venit illa, & momordit me.  
Cui cum grani indignatione vir Dei pracepit  
ut discederet, & locum in omnipotentis Deifa-  
mula non haberet. Qui protinus absceſſit, nec  
eam ultra contingere præualuit. Itaque non  
cogita-

q. illisq;

cogitatio tantum impura, locum dat dia-  
bolo, sed etiam leuis indulgentia gulæ, aut  
crucis faciendæ neglectus; &, ut Petrus Pet. Thys-  
Thyræus (qui in hoc argumento est valde ræus p. 2.  
locuples, magnamque disputandi materiā de demo-  
suppeditauit) docet, *certum est, veniales cul- niacis*  
*pas demonibus homines ingrediendi occasionem c. 30.*  
præbuuisse. Confirmat hanc doctrinam Cas-  
sianus hoc exemplo. *Cum esset Moyses sin- Cassian.*  
gularis, & incomparabilis vir, ob reprehensio- *collat. 3.*  
nem unius sermonis, quem contra Abbatem,  
Macharium disputans paulò durius protulit,  
quadam scilicet opinione præuentus, tam dire  
confestim est traditus spiritui, ut humanas ege-  
stiones ori suo ab eo suppletus ingereret. *Quod*  
*flagellum purgationis gloria se Dominus intu-*  
*lisse (ne scilicet in eo vel momentanei delicti*  
*macula resideret) velocitate curationis eius*  
*atq; aucto remedio demonstrauit. Nam con-*  
*tinuò Abbe Machario in oratione submisso,*  
*dicto citius nequam spiritus ab eo fugatus ab-*  
*scensit. En quid vnum impatiens verbum:*  
*quid leuis gula, quid fortè incauta cogita-*  
*tio puellæ superioris, in diuino conspectu,*  
*pœna meruerit? Quibus pœnis digni erunt*  
*in omne scelus fatuati?*

Pet. Thys-  
ræus p. 2.  
de demo-  
niacis  
c. 30.

Cassian.  
collat. 3.  
c. 27.